N. 3481.

CURRENDA XXI.

A. D. 1861.

N. praes. 126.

Prohibitio servitii penes Judaeos propius declaratur.

Mediante aestimatissima Nota de 19. Sept. 1861, N. 2123 consecuti sumus ab Illmo Consistorio Metropolitano Leopol. r. l. 2 Copias Litterarum, quibus nonnulla dubia quoad applicationem praescriptorum ecclesiasticorum respectu prohibiti Christianis servitii apud Judaeos dilucidantur... quas Ven. Clero in subsequo pro notitia et directione, si opus fuerit, relate ad Encyclicam Nostram de 1. Jun. 1860, N. 50, Cur. XII. a. e. imprimendam demandavimus, commendantes Ven. Clero discretionem prudentem in tribuendis licentiis, de quibus in Rescripto Eminentissimi Nuntii Viennen. est sermo, cum eo, ut in casu dubio a Nobis consilium expetat et in genere totum hocce negotium cum omni qua par est, conscientiositate tractet..

I. Copia Expeditionis Illmi Consistorii Metrop. Leopoliensis rit. lat. ad Excellentissimum Illustrissimum ac Reverendissimum Antonium de Luca Archiepiscopum Tarsensem et Nuntium Apostolicum Viennae — dto 3. Aprilis 1861 N. 413.

„Notum est peroptime Rmae Excellentiae Vestrae, medio altissimae resolutionis, a Sua C. R. Apostolica Majestate sub die 13 Novembris 1859 editae, constitutum fuisse: ne prohibitio christianas personas in famulos, nutrices, sodales aut tyrones opificum (Gesellen und Lehrjungen) suscipiendi, qualis pro judaeis juxta leges politicas in Austriaco Imperio prolatas de praecedenti vigebat, pro futuro amplius executioni mandetur; in cujus sequelam spectantia hanc materiam anteriora Regiminis nostri sancita pro abrogatis declarata habentur. Informando subordinatum sibi Clerum de hac suprema Augustissimi Imperatoris voluntate medio Currendae dto 16 Martii 1860 N. 2867 ex 1860 typis promulgatae, Vicarius Capitularis, qui viduatam tunc temporis pastore suo Archidioecesim istam administrabat, commendavit sacerdotibus cunctis, populo fideli, tam in concionibus, quam in sacro poenitentiae tribunali, et quoties apta sese praebuerit occasio, explicare ac inculcare: vetitum apud judaeos servitium praedicti generis suscipiendi, aut in eo perseverandi, christianos catholicos virtute legum eatenus ab Ecclesia juxta caput 8. de Judaeis et Saracenis (V. 6.), nec non cap. 13 ut supra, latarum, aliarumque, quas fel. mem. P. Benedictus XIV. in litteris suis ad omnes Archiepiscopos et Episcopos Regni Poloniae ex arce Gandulphi sub die 14. Junii 1751 datis recoluit, confirmavitque, continuo obligare; ac ideo et nunc, sicuti et prius, gravis peccati reos fore eos, qui, appromissae modo immunitati a poenis ex parte civilis gubernii infligendis, confidentes, operas suas judaeis, qua famuli, sodales, tyrones aut nutrices, locare haud reformidarent.

Instructio haec sufficiens videbatur; quapropter, assumpto Archidiœcesis regimine, nihil eidem superaddere opportunum esse duxi. Verumtamen novissimo tempore obtinui ab uno

e rectoribus parochialium ecclesiarum mihi subjectarum libellum, in quo annuntiat: bona terrestria ambitum ejus parochiae constituentia, in proprietatem judaei devenisse, huncque ibidem cum tota sua familia esse commoraturum.

Hac igitur de causa expetit a me orator ille resolvi ipsi dubia quoad puncta sequentia:

1. Utrum interdictio ecclesiastica respectu suscipiendi a catholicis servitii apud judaeos restringenda sit tantum ad tales personas, quae cum judaeis communem, aut quasi communem mensam et habitationem habent (uti: pedissequi, ancillae, famulantes, nutrices), vel vero extendat se etiam ad eos, qui a terrestri aliquo domino, judaicae fidei addicto, victum et habitationem quidem accipiunt, sed in loco prorsus a judaeis separato; ceu: reliqui circa rem oeconomicam inservientes?

2. Utrum complectatur in se interdictio praememorata etiam officiales privatos judaici bonorum terrestrium proprietarii; uti rei oeconomicae directores, vel inspectores, scribas, prædiales, sylvarum praefectos et similes; qui a hero suo judaico itidem habitationem, sed separatam, obtinent, atque salarium pecuniarium, vel frugum quantitatem pro alimentatione?

3. Utrum catholicis sit permittendum, operas suas judaeis in officinis coquendi cremati aut cerevisiae, ad eos spectantibus, ad serviles labores pro uno mense vel pluribus locare?

In solvendis quaestionibus istis fateor Excellme ac Rme Domine! me haud exiguam experiri difficultatem...

Si etenim tenor supra adductorum canonum attendatur, vix admissibilis apparet distinctio facienda inter illos christianos, qui judaeorum servitio sese mancipant eum in modum, ut cum iisdem in strictiori sensu communem habeant habitationem et victum, et eos, qui, quamvis separatim habitantes, victumque sumentes, tamen judaeorum sub qualicunque demum nomine vel titulo, herili potestati ad longius tempus, seu continuo duraturae, sese subjiciunt. Vetat etenim cap. 8. de Jud. et Saracen. (V. 6) christianis generatim „*Judaeorum servitio se assidue pro aliqua mercede exponere*“, — jam vero cap. 13. ibidem inhibet etiam simpliciter „*ne servientes habeant Christianos judaei.*“ Postulat etiam latiorem hanc prohibitionum istarum explicationem superaddita legislatoris intentio: „ne — nimirum — „*filii liberae filiis famulentur ancillae,*“ sed ut saltem „*per effectum operis recognoscant (sc. judaei), se servos illorum, quos Christi mors liberos et illos servos effecit:*“ cujus autem sensus evidens est: *derogare id Religionis christianae dignitati, si hujusce asseclae judaeis qua famuli, vel inservientes, tamquam heris suis obsequia praestare teneantur.* Utique enim hoc obtutu nil refert, num Christianus cum hero suo judaeo in una recte domo habitet, ac edat, vel secus? Sed idem valet etiam et de altero motivo vetiti, de quo agitur in capite 8. de Jud. et Saracen. expresso: *quia nempe judaeorum mores et nostri in nullo corcordant, et ipsi de facili, ob continuam conversationem et assiduam familiaritatem ad suam superstitionem et perfidiam animos simplicium inclinarent;* vix namque aliquis negabit, etiam illas christianas personas, quae, licet si in eadem domo cum judaeo non habitando ac come-

dendo, tamen apud illum qualicunque in gradu inserviunt, ob frequentes cum eodem hero suo contactus, multiplicesque et fere inevitabiles domum ejus adeundi, ibique conversandi occasiones, quin, imo et per ipsum nexum dependentiae, in quo erga eum sunt constitutae, periculum non leve, si non totalis perversionis, tunc saltem in tepiditatem ac indifferentismum religiosum incidendi, incurrere.

Respiciendo porro ad supra citatarum litterarum P. Benedicti XIV contextum, invenimus ibi, qua verum deplorandumque malum id designari, si Christiani „*ab auctoritate hominis judaei, qua praedii vel boni possesoris, tamquam subditi de nutu ac potestate domini, dependeant;*“ — sane autem subditi terrestrium bonorum cum domino unam communem non habebant domum, neque rem familiarem; — quod ergo de his valet, quomodo non valeret de talibus, qui potestati herili alicujus judaei ex titulo servitii, erga mercedem apud ipsum suscepti parere coguntur? etiamsi fors cum eo in eadem domo, tamquam contubernio, incessanter haud versentur. Ideo etiam decreta in Synodo dioecesana, quae sub p. m. Archiepiscopo Venceslao Sierakowski hic Leopoli anno 1765 celebrata fuit, condita, et typis pressa, in Capite XXI de Judaeis intitulato haec continent, ad praerecensitum pontificium rescriptum provocando: „*quoniam ignominiam conditioni fidelium adfert, judaeis famulos adtribuere, ad opera servilia in cauponis, tabernis, vulgo braxatoriis ipsis locatis et locari solitis.....atque etiam conducta annua aut longioris temporis mercede judaeis cujusvis sexus inservire Religionis nostrae derogat dignitati, — quare modo supra dicto judaeis famulari graviter et sub poenis prohibemus*“ — sub quo igitur comprehensum est servitium omne apud Judaeos; sive communionem habitationis et victus cum iisdem post se trahens, sive hancce non producens sequelam.

Nihilominus, praeceptis istis in moderno rerum statu stricte sese conformare vix possibile est; aut tamen maximi momenti rationes id dissuadere videntur.

Cohaeret etenim illa arcte cum prohibito: judaeis bona terrestria in proprietatem resignandi, quinimo vel titulo nonnisi locati conducti in possesionem dimittendi, hujusque manutentionem subponunt. Jam autem Rmae Excellentiae Vestrae ignotum esse nequit, prodivisse pro Provincia hac, Galicia videlicet Austriaca, sub 18 Febr. 1860 caesaream constitutionem, qua mediante judaeis conductionem ejusmodi bonorum sine limitatione concedi, bona vero talia ipsis in proprietatem quoque cum conditionibus faciles admodum adimpletionis acquirere liberum esse fuit statutum; qua permissione nonnuli jam revera usi sunt, et alios, multo plures, eadem uti haud esse intermissuros nulli subest dubio. Christianos enim ad abstinendum a disvendendis conducendisve judaeis bonis suis permovere, certe sine omni fructu tentaretur; praetereundo etiam, bona terrestria a judaeis emi ac conduci posse circa venditiones elocationesve, quas authore, praetore, seu via publicae subhastationis, adeoque et sine prioris domini voluntate fieri, apud nos frequenter contingit.

Si nunc autem, eo non obstante, Christiani apud Judaeos, qui bonorum terrestrium

domini aut conductores evaserunt, qualecunque servitium assiduum suscipere omni cum rigore impedirentur, evenirent inde varia incommoda, in specie:

1. Tales bonorum possessores nullos fere invenirent, quos tamquam inservientes pro diversis laboribus circa ruralem oeconomiam occurrentibus adhibere possent, siquidem in judaica populatione paucissimi deprehenduntur, hujusmodi vitae genus amplecti parati, sed plerique ab agrestibus ac duris laboribus abhorrent, ac potius speculationi alicui commerciali ac industriali sese addicere, et percepto ex eadem lucro, saepe exiguo, vivere malunt; altera autem ex parte:

2. Rusticis, bonorum, quae in judaeorum transeunt manus, incolis fundos haud possidentibus, et ideo quaestu se sustentare coactis, adimeretur exoptata, imo saepius necessaria valde occasio, ope servitii circa oeconomiam in dominicali aula pro mercede assumendi. Ex his autem ad 1. et 2. adductis oriretur sine dubio exacerbatio, ac vehemens animorum concitatio; quam tamen sedulo evitare jam in epistola a Rma Excellentia Vestra ad me sub die 10 Maji 1860 directa, commendatur.

3. Judaicis bonorum dominis vel possessoribus, in officiales pro dirigenda vel inspicienda eorum re oeconomica christianos conducere non valentibus, nihil remaneret, quam suae religionis quaerere individua, quae apud ipsos talia exercerent munia. Taliter ergo adduceretur id ipsum, quod in praelaudata Papae Benedicti XIV. encyclica gravissimum appellatur malum; quod nempe super Christianos imperii specimen assidue praeferrent ostentarentque judaei. Etiamsi etenim, sublato ab anno 1848 in ditionibus his subditelae nexu, quo ruricolae erga terrestres dominos antea obstringebantur, non sint illi jam horumce, ac eo ipso eorundem procuratorum seu officialium auctoritati tantopere obnoxii, tamen ab his semper adhuc in tantum magna ex parte dependent, in quantum sub eorum invigilatione ac directione operas diversas pro re domini, utut voluntarie et erga diurnum saepius praestant salarium.

Et magis adhuc imperio judaicorum officialium, rem oeconomicam ejusdem religionis dominorum curantium, subessent, inservientes inferiores, qui ibidem forte e Christianorum numero applicarentur; quare, cum hocce ultimum, juxta superius dicta, vix averti possit, melius apparet tollerare, si Christianis talia servitia apud Judaeos praestantibus, Christiani etiam, non vero Judaici praeponerentur immediati superiores.

His considerationibus ductus censeo, sub modernis rerum adjunctis ac conjuncturis id summum nonnisi serio urgeri posse, ne apud Judaeos agant Christiani assidue erga mercedem nutrices, opificii sodales aut tyrones, vel famulos ad servitia ejus indolis, propter quae in communi cum iisdem re familiari, seu domestica, vivere adigantur. Quodsi autem Judaei ad rem oeconomicam in bonis terrestribus a se jure dominii, vel titulo locali conducti, possessis, vel in crematoriis, braxatoriis, aut aliis officinis, adhibeant, qua officiales, vél qua inservientes, Christianos, etiamsi continuo et erga retributionem, sed ita, ut hi a dominis suis separate habitent, et vel propriam rem domesticam gerant, vel tamen victum, heri sui impensis, ast seorsive percipiant, puto adhibendam esse circa malum hoc eam tolerantiae pruden-

tiaeque rationem, qua (uti in instructione a. p. m. P. Gregorio XVI. quoad ineunda mixta matrimonia pro Episcopis Austriacae ditionis sub 22. Maji 1841 data dicitur) „*Sedes apostolica solet mala illa patienter dissimulare, quae vel impediri omnino nequeunt, vel, si impediantur, funestioribus etiam incomodis facilem aditum patefacere possunt.*“

In re tamen tantae gravitatis, praesertim contra canonum ac pontificalium constitutionum litteram et mentem autoritate mea propria statuere quidquam non audens, Rssm Excellentiam Vestram cum omni, qua par est veneratione, exoro, ut manifestatam a me in praemissis sententiam, sive ipsa, sive pro re nata impetrata ad id a SS. Dmo Nostro facultate, ratihabere, vel vero aliam congruam quoad materiam istam procedendi normam mihi gratiose subministrare dignetur.

Qua simul utor occasione etc. D. u. s.“

II. Copia responsi Excellmi D. Nuntii Apostolici dto. 26. Junii 1861 N. 2289. Viennae, ad quaesitum Consistorii Metropolit. r. l. dto 3. Aprilis 1861. N. 413.

„Excellmo et Rmo D. Francisco Xaverio Wierzchlejski, Archiepiscopo Leopoliensi rit. lat. — Officio mihi duco notificare Excellentiae Vestrae Rmae responsum S. Congregationis S. Officii ad quaesitum ab Ipsa, cum suis humanissimis litteris die 3. Aprilis mihi datis, propositum.

Sic enim dicta S. Congregatio respondit:

„Prudenter dissimulandum juxta votum R. D. D. Archiepiscopi, dummodo non adsi „periculum perversionis. Curandum tamen ab eodem Archiepiscopo, ut si fieri commode pote- „rit, Christiani nullum famulatum praestent Judaeis, ne separata quidem mensa atque habitatio- „ne, nisi obtenta prius licentia ab Ordinario vel a respectivis Parochis.“

Hanc occasionem arripio etc. etc.

In rescripto S. Congreg. S. Officii deest adnotatio diei, qua datum est.“

Hac emittuntur e Praesidio Eppali. Tarnoviae 17. Oct. 1861.

N. 2196.

Correspondentiae Officiorum Patronatus cum Instantiis c. r. et Ecclesiasticis immunes sunt a portorio postae.

Exc. C. R. Locumtenentia Leopol. communicavit Consistorio hujati Ordinationem hoc in obtutu ad omnes C. R. Instantias Circul. et Districtuales, Financiarum Procuraturas, Magistratus et C. R. Officium Ration. sub die 1. Aug. 1861. N. 50030 editam tenoris sequentis:

»Laut einer mit dem Erlaße des k. k. Staats-Ministeriums vom 15. Juli l. J. Z. 6382 bekannt gegebenen Mittheilung des k. k. Finanz-Ministeriums vom 7. Juli d. J. Zahl 8373/197 hat dasselbe, mit gleichzeitiger, im Wege des Verordnungsblattes für die k. k. Postämter kundgemachter Verordnung die Weisung ertheilt, daß die Correspondenz der Kirchen-Patronatsämter mit landesfürstlichen und geistlichen Behörden in Angelegenheiten der Verwaltung des Kirchen- und Pfründen-Vermögens bei der Auf- und Abgabe portofrei zu behandeln ist, wenn dieselbe mit dem Siegel des Patronatsamtes oder der auf-

gebenden Behörde geschlossen und mit der Bezeichnung: »In Angelegenheiten der Kirchen-Vermögens-Verwaltung« versehen ist.

Dieses wird den Unterbehörden in Folge der Eingangs bezogenen hohen Weisung mit dem Bedeuten eröffnet, daß das k. k. Finanz-Ministerium nach dem weiteren Inhalte seiner obigen Mittheilung die Entscheidung über die Frage wegen portofreier Behandlung der Correspoudenz der im Grunde des Concordates in's Leben tretenden Kirchen- und Pfründen-Vermögens-Verwaltungen dem Zeitpuncte vorbehalten hat, wo die Organisirung dieser Verwaltungen erfolgt und ihm bekannt gegeben sein wird.«

Haec sunto pro futura directione. Tarnoviae 22. Aug. 1861.

N. 3169.

Monitio quoad actus baptismi et sepulturae ex alieno rit. et parochia.

Exc. C. R. Regimen Locumtenentiale Leopol. de 28. Sept. 1861, N. 48348 intuitu actuum baptismi ac sepulturae ex *aliena* parochia sequentem Nobis communicavit Inculcationem:

»Man hat in neuerer Zeit wiederholt die Wahrnehmung gemacht, daß die Seelsorger, wenn sie einen Tauf- oder Begräbnißakt an einer zu einem fremden Ritus gehörigen Person vollzogen haben, es entweder gänzlich versäumen, hievon sogleich dem betreffenden Pfarrer die angeordnete schriftliche Anzeige zu machen, oder aber die von ihnen vollzogenen Akte auf besonderen Zetteln zwar bestättigen, dabei jedoch außer Acht laßen, daß derlei Ausfertigungen dem betreffenden Pfarrer auf einem verläßlichen Wege zugesendet werden sollen.

Die Folge eines solchen Verfahrens ist dann, daß solche Akte in die betreffenden Matrikalbücher nicht eingetragen werden, und daß im Zwecke deren Konstatirung erst vielseitige und zeitraubende Erhebungen durchgeführt werden müßen, um die nachträgliche Eintragung solcher Akte veranlaßen zu können, daß ferner insbesondere bei einem größeren Zeitverlaufe derlei Erhebungen nicht selten ganz erfolglos bleiben.

Dieser Uibelstand, und die hieraus für das Institut der Matrikalbücher resultirenden Nachtheile veranlaßen die k. k. Statthalterei das Hochwürdige Consistorium zu ersuchen, den unterstehenden Kuratklerus die Abstellung der obigen Mißbräuche und die strenge Beobachtung der dießfalls bestehenden Vorschriften insbesondere des Patentes vom 30. Februar 1784, und der Gub. Verordnungen vom 2. August 1816 Z. 33822 und 27. April 1839 Z. 7664 zur Pflicht zu machen, und demselben in Erinnerung zu bringen, daß 1) keine Kinder von Eltern eines fremden Ritus ohne wichtige Gründe, die eigentlich nur in der Schwäche des Täuflings bestehen könnten, ohne vorläufige Einwilligung des zuständigen Pfarrers getauft, und eben so ohne diese Ermächtigung, oder ohne eintretende wichtige Ursachen auch Verstorbene eines fremden Ritus nicht begraben werden dürfen, — daß ferner: 2) im Falle eines derlei vorgenommenen Aktes hierüber unverweilt die schriftliche Anzeige an den zuständigen Pfarrer im ordentlichen Dienstwege erstattet werden soll.«

Haec in nexu cum Ordinationibus Nostris, utpote in II Cur. 1838, N. 2426 quoad recte gerendos libros matricales et poenas in transgressores; in Cur. III. 1839, N. 1233, intuitu observantiae Praescriptorum hoc in obtutu editorum; in Cur. IV 1857 N. 824, quoad librum baptism. pro parochianis extraneis... Ven. Clero pro stricta observantia publicantur.

Tarnoviae 28. Nov. 1861.

L. 3476.

Potrzebna jest metryka urodzenia ś. p. Szymona Taszyckiego.

W sprawie familijnéj w Królestwie Polskiém Córka ś. p. Szymona Taszyckiego potrzebuje metryki jego, i za wyszukanie ofiaruje 20 Złr. W. A. Miał tenże Ojciec w Sandeckiém się urodzić koło r. 1780. Wzywa się Sz. Duchowieństwo do szukania w księgach w Obwodzie szczególniéj Sandeckim, celem poparcia sprawy owéj Pani i t. d. oraz do uwiadomienia Nas w Styczniu 1862 o skutku swego usiłowania.

Tarnów 19. Grud. 1861.

L. 3301.

Wydanie Mszału szczególnéj piękności.

P. Henryk Reiss listem z d. 30. Paźdz. r. b. z Wiédnia dosyłając ostatni Zeszyt Mszału najokazalszego, i najwyrazistszego, w cudnie piękne Inicyały i obrazki ozdobionego, na mocnym papiérze, gotyckiemi głoskami nadobnemi wytłoczonego, poleca swoje arcydzieło sztuki, za którego osobliwość od Jego Świętobliwości Piusa IX wielkim medalem złotym zaszczyconym został, Wielebnemu Duchowieństwu.

Każdy znawca i ozdoby kościelnéj miłośnik musi temu Mszału oddać wszelką zaletę, a My z Naszéj strony wynurzamy życzenie, aby każdy kościół bogatszy postarał się o skarb taki nieocenionéj wartości. Lubo druk gotycki, jednak tak dobrze się czyta, jak łaciński. Oko nie może się dość napawać i wielkością głosek i pięknością początkowych i figur, ozdóbek i t. d.

Kolorowane wzorowe ryciny same kilka Reńskich wartają. Cena jednego egzemplarza nieoprawionego bez ozdób malowanych 35 Złr. a znowu egzemplarza z ozdobami kolorowemi 120 Złr. W. A. Szanowne Duchowieństwo skore ku wspiéraniu podobnych przedsiębiorstw i ku wzbogaceniu świątyń, nie omieszka téj sposobności do nabycia takiego arcydzieła. Tarnów 14. List. 1861.

N. 3458.

Pismo peryjodyczne „Archiv für kath. Kirchenrecht“ poleca się.

P. Dr. Ernest Baro z Moy de Sons, Profesor prawa kościelnego i historycznego w Insprucku w towarzystwie z Drem Fryderykiem H. Vering, Docentem praw w Uniwersytecie Heidelberg... i nadal, ale z pomnożeniem wydawać będą Pismo peryjodyczne pod tytułem powyższym, w 6 zeszytach po 10 arkuszach, z których 3 zeszyty składać będą 1 tom z 30 arkuszy. Co dwa miesiące wychodzić będzie po 1 zeszycie. Cena przedpłaty na 1 tom, czyli na pół roku 3 Złr. 50 cent. W. A. którą przedpłatę księgarnie nasze przyjmować będą. Prospekt tego pisma tak między innemi opiewa:

»Als das »Archiv für katholisches Kirchenrecht« beim Beginne des Jahres 1857 in's Leben trat, so stellte sich dasselbe vorzüglich die Aufgabe, die richtige Auffassung und Anwendung des österreichischen Concordates vom 18. August 1855 zu erleichtern, die in diesem Staatsvertrage zur Anerkennung gekommene Freiheit und Selbstständigkeit der Kirche mit den Waffen der Wissenschaft zu vertheidigen, und die wirklichen Grundsätze und Bestimmungen des geltenden kirchlichen Rechtes, für deren Anwendung nun wieder Raum gewonnen war, hervorzuheben und dem allgemeinen Verständnisse näher zu bringen. Auch in Zukunft wird das »Archiv« fortfahren, den kirchlichen Rechtszuständen in Oesterreich seine besondere Aufmerksamkeit zuzuwenden.

Aber auch fast in allen übrigen deutschen Ländern sind gegenwärtig kirchenrechtliche Fragen in den Vordergrund des politischen Lebens getreten...

Wir wolen aber in unserer Zeitschrift nicht blos den für die Kirche und in der Kirche sowohl im gesammten Deutschland, wie im gesammten Oesterreich entstehenden Rechtsfragen die nöthige Aufmerksamkeit widmen und die für das kirchliche Rechtsleben wichtigen Urkunden vollständig sammeln, sondern auch hauptsächlich für die Bedürfnisse der Praxis überhaupt sorgen. Wir werden deßhalb vorzugsweise Abhandlungen über praktische Fragen liefern, und auch in jedem Hefte mindestens einen Rechtsfall zu bringen uns angelegen sein lassen. In der Anzeige und Besprechung der literarischen Erscheinungen werden wir fortan, wie bisher, Vollständigkeit, Gründlichkeit und Unparteilichkeit uns zur Aufgabe machen.

Der Kreis unserer Mitarbeiter hat sich im Laufe der Zeit beträchtlich erweitert und durch gewichtige Namen verstärbt...

Das »Archiv für katholisches Kirchenrecht, welches sich auf diese Weise immer mehr in den Stand gesetzt sieht, als eine Art von Centralorgan für katholiches Kirchenrecht zu dienen, will also auf diesem Gebiete allseitig für die Aufrechthaltung der wohlerworbenen Rechte, für die Freiheit und Selbstständigkeit der Kirche, aber ohne Trennung derselben vom Staate oder gar Feindseligkeit beider unter einander, mit den Mitteln der Wissenschaft einstehen, die Rechte des Staates wie der Kirche vertheidigen und den Geist der Eintracht zwischen Staat und Kirche nnd des bürgerlichen Friedens unter den verschiedenen Confessionen nach Kräften zu befördern suchen.

Das »Archiv« enthält Abhandlungen, besonders über praktische Rechtsfragen und aus dem Gebiete der Liturgik, Rechtsfälle, Leitartikel über die staatskirchlichen Fragen der Gegenwart, die wichtigeren Verordnungen der kirchlichen und staatlichen Behörden, die Entscheidungen der Gerichte, Uebersichten der Kammerverhandlungen über kirchliche Fragen, vollständige Mittheilungen und kritische Besprechungen der gesammten kirchenrechtlichen Literatur.

Durch sorgfältige Ordnung des Stoffes und durch genaue Inhaltsanzeigen soll für die Leichtigkeit und Bequemlichkeit der Benutzung des Archivs möglichst gesorgt werden. Mit einem der nächsten Hefte soll auch ein vollständiges Sachregister über die seither erschienenen sechs Bände ausgegeben werden.

Das erste Heft der Neuen Folge (Heft 1. des VII. Bandes) erscheint sogleich zn Neujahr 1862.

Innsbruck, Heidelberg und Mainz im November 1861.

Pragnący światła w dziedzinie prawa kościelnego, Zarządzcy bibliotek dekalnych i t. d. najlepszy użytek zrobią z kruszcu zebranego, jeżli cząsteczkę obrócą i na ten żywioł duchowny. Tarnów 19. Grudnia 1861.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 19. Decembris 1861.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.